



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 12. Pontificis literæ ad septem Pagos Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. „commiffa, Sanctitas fua, quin fuo
 A. C. 1725 „fupremo Ministerio Pastoralis defit, c-
 „mittere nequit adhibere ea remedia,
 „quibus hæc iurisdictione redintegretur,
 „id vero aliter efficere non poterit, nifi
 „Parocho permittatur, ut ad fuam Ec-
 „clefiam redeat, quo facto, Epifcopus il-
 „lum puniat, fi conftat, ipfum deli-
 „quiffe: fi vero hæc exequi Senatus re-
 „cuſaverit, cenſet S. Congregatio, ut
 „Sanctitas veſtra opportune provideat,
 „quatenus vulnus Iurisdictioni Eccle-
 „ſiaſticæ inflictum per remedia a S. Ca-
 „nonibus & Apoſtolicis Conſtitutioni-
 „bus præſcripta ſanetur.,

§. XII.

*Pontificis literæ ad ſeptem Pagos
Catholicos.*

Interim ſeptem Pagi Catholici,
 ſcilicet Uranæ, Suitii, Subſil-
 vaniæ, Tugii, Friburgi, Soloduri,
 & Glaronæ die decima tertia Maij Con-
 ventum habuere, in quo deliberarunt,
 qua ratione ſummo Pontifici Lucernen-
 ſes (ſalvis tamen ſuis iuribus) conci-
 liari poſſent. Omnium ſententia eo
 abibat, perdemiffas ad eundem dandas
 eſſe literas, in quibus omnium nomine
 rogaretur, ut conceptam in Lucer-
 nenſes indignationem deponeret, ſi-
 mulque

Sæc. XVIII.
A. C. 1725.

mulque eis, quæ inconsideratius egissent, condonaret, quod eo certius sperarent, quo firmiter sibi persuasum haberent, æquissimum Patrem & Judicem cum eis ita processurum, ut tamen nil antiquis illorum jurebus derogatum vellet. Postquam igitur Benedictus XIII. Papa horum supplices obtinuerat literas, die tertia Augusti hoc anno sequens ad eos dedit responsum.

*Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam
Benedictionem.*

„Non obscurum filialis vestræ erga
„nos & hanc sanctam Sedem observan-
„tiæ, mutuæque inter vos charitatis
„perhibuerunt testimonium demissæ
„preces, quos pro dilectis filiis Sena-
„toribus pagi Lucernensis paternæ no-
„stræ benignitati observantissimas lite-
„ras obtulistis, utraque autem tam ob-
„servantia, quam Charitas ista spem
„nobis maximam facit, fore ut oppor-
„tuna officia apud eosdem Lucernenses
„Nobis amicitiae & Religionis fœdere
„conjunctos adhibeatis, quibus ad vio-
„lata Ecclesiæ jura rite & Canonice re-
„paranda læsamque Ecclesiasticam im-
„munitatem restituendam adducantur;
„satis enim perspicitis, dilecti filii,
„quas nobis partes injungat gravissimi-
Hist. Eccles. Tom. LXXII. E „mum

Sæc. XVIII. „mum Apostolicæ authoritatis Mini-
 A. C. 1725. „sterium, nec nobis æterno judici & Pa-
 „storum Principi rationem reddituris
 „integrum esse, prava & Sanctuarii
 „rationibus injuriosa exempla inulta re-
 „linquere, adhibendisque sacrorum
 „Canonum remediis supersedere. Vo-
 „bis itaque adhortantibus, suaque ipso-
 „rum virtute suadente Lucernenses fa-
 „cile intellecturos confidimus, tuendis
 „juribus suis, atque ad posteros tradu-
 „cendis, rei que Catholicæ apud vos
 „muniendæ, melius ac felicius prospici
 „non posse quam Ecclesiæ juribus ob-
 „servandis, divinoque præsidio per Ca-
 „nonicæ disciplinæ cultum, rerum sa-
 „crarum reverentia conciliando. Cæ-
 „terum ubi debita satisfactione, quæ
 „perperam commissa sunt, ipsi emen-
 „daverint, nullum a nobis deerit Ar-
 „gumentum, præcipue illius & pro-
 „fus paternæ charitatis, qua Votis ve-
 „stris obsecundare, & pristinam Lucer-
 „nensibus benignitatem luculentius ad-
 „huc testatam facere optamus, ac Vo-
 „bis, dilecti filii Apostolicam benedi-
 „ctionem peramanter impertimur. „

§. XIII.

Hujus controversiæ exitus.

Lucer.